

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aspirationes mentis et cordis - Cod. Ettenheim-Münster 82

Landsberg, Johannes Justus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput 15tum

[urn:nbn:de:bsz:31-108793](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108793)

tua, ab ordinatione tua à nutu et legibus
tuis dimanant. Et licet non intelligam,
cur hoc vel illud fiat. Scio tamen omnia
sapienter et ordinate fieri: Sicut enim uni-
versum orbem infinita fundasti sapientia,
sic eundem non minori gubernas prudentia,
qua dum considero, non possum non secure me
omni eventui committere; video enim quod
nihil fiet, nisi tu benigne Deus ita
fieri velis, et quia amas me plusquam ullus
pater filium, aut amicus amicum suum; ideo
nihil permittes mihi evenire, quod re ipsa sit
malum, aut mihi non cooperetur in bonum.
O Deus tibi me totum offero, rus in amplexus
paternos, recipere me quæso o dulcissime Deus
in suavissimum cordis tui sinum; en ego ser-
vus tuus paratus ad omnia; quoniam non desi-
dero mihi vivere, sed tibi soli adherere, et in
te solo quiescere.

Caput 12^{um}
Aspirationes ad Deum ob eius
mirabilitatem.

1. Omnia attributa tua Domine Deus sunt ad-
mirabilia et incomprehensibilia, cum sint unius
simplicissima essentia, simul et careant om-
ni fine: Super hæc tamen eminent N. Trini-

tas et unitas tua. Quid enim admirabilius
 quid incomprehensibilius, quam quod tres
 realiter distincta persona, quarum unaqueque
 verus est Deus, non tamen sint tres dii, sed
 unus Deus? Quod omnipotens et immensus
 sit pater, omnipotens et immensus filius, om-
 nipotens et immensus Spiritus Sanctus, et
 tamen non tres omnipotentes aut immensi, sed
 unus omnipotens et immensus. Quod pater
 intuens abyssum perennis essentia sua pro delicia-
 rum affluentia filium suum generet, atque in
 mutuo amoris amplexu Spiritus S. ab utroque
 procedat, nec tamen patre sit minor filius,
 nec Patre et filio Spiritus S., sed tota tres per-
 sona coaeterna sibi sint et coaequales. Haec omnia
 Domine Deus sunt admirabilia et incomprehen-
 sibilia, et quò altius omnem intellectum trans-
 cendunt, tanto vehementius cor meum accendunt,
 cupio enim haec sumè mirabilia videre per Spe-
 ciem, qua teneo perfidem. O adoranda Trinitas, et
 veneranda unitas, quia te capere non possum, tu
 cape me. En me immergo in profundum abyssu-
 lis providentia essentia tua, tu suscipe me.
 O principium meum, o ens certum miserere
 mei.

2. Quarta quaso etiam admiratione dignum
 est quod tu mi Deus coelum et terram, ^{et omnia}
~~mundum que universum~~ ^{non} ex aliqua praeriacente & magnifica
~~non quod in eis sunt~~ materia, sed ex nihilo creaveris pluraque condere
 possis orbem, quam sint arenula aut guttula maris.

possis, quam sit substantia pelagus infinitum. Sed neq; indiges duratione temporis, ut aliquid producas, nec ulla cura faciendi sollicitaris, sed sine labore, sine distractione sine inquietudine omnia perficis. Imo eadem facilitate, tranquillitate, et immutabilitate mille creabis mundos, quā minimā produces creaturam; Sapientia quippe tua, ac potentia cum sint infinita virtutis, et efficacia, non numero, non multitudine, non varietate, non magnitudine coartari possunt. Verē mirabilis in altis Dominus, mirabilia magna faciens Solus. Verē, inquam, mirabilis et super omnia amabilis, super omnia desiderabilis, et in cuius contemplatione mens mea unice occupari deberet. O Domine Deus, vae tempore illi, quo tui non recordabar, vae tempore illi, quo te non amabam. Amo te iam Deus meus, semperq; amare, et tibi adherere cupio.

7 vae tempore illi
quo tibi n̄ interdeba,

3. Sed est, quod animum meum etiam in summam admirationem rapere deberet, opera scilicet manuum tuarū quotidiana; Sanē enim, si viderem mortuum suscitatum, quam stupendum id mihi videretur prodigium: At ecce longe maius est, quotidie multos creare, qui non erant, quam his, qui mortui fuerant, vitam reddere: neque mi-

26

nus Stupendū videri debet quod virtute Dei hu-
mor vitis quot annis in vinum convertatur,
quam quod olim in cana Galilea ejus jussu
aqua in vinum mutata ^{sit} cogatur. Ad haec
dum considero Solis splendorem coeli Sereni
amoenitatem, Stellarum & decorem, variorū
flosculorum ~~atque~~ elegantiam, hortos
prata, Sylvas, campos verno tempore redinvivo
vestiti ornatu. Dum etiam intueor compagem
corporis humani, fabricā coeli, elementorum
dispositionem temporum vicissitudines, haec om-
nia mirabilia michi videntur; ubiq; enim mi-
ram harmoniam, miram varietatem, mirū orna-
tum, mirum decorem ^{videre licet} ~~representantur~~. O quā potens,
et quā mirabilis es Domine Deus, qui tam
multa et tam mirabilia creasti! Et quā pul-
cher, et quā suavis, qui tam ^{speciosa} ~~formosa~~, et tam
delectabilia condidisti! Domine Dominus nos-
ter quam admirabile est nomen tuum! O Deus Ps. 8
anima mea non est nomen tuum minus ama-
bile, quam admirabile; quidquid enim admi-
rabile operatus es pro homine, id fecisti, quia
illum amasti, et ut ille vicifim te diligeret.
Diligam te ergo Domine fortitudo mea Domi-
nus firmamentum meum et refugium meum.
Diligam te plusquam me, et caetera omnia
propter te.